



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 9. Illustratus locus ex Oratione pro Flacco.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

& ludorum sacerdotalium appellatio confirmat, non totidem sacerdota ei exspectanda fuerint. Sed certe sacerdotum internum est Υπερα: ut ostendit & Nævius, qui Nestorem, ut est apud Gellium, trisacerdotem vocavit, ex illis videlicet Homeri versibus:

Tο δ' οὐδὲν δύο μὲν Υπεράς περόπον αὐθεόπιν
Εσθλέστ, οἵ οἱ περόπειν ἀμα τράφεις οὐδὲν νοτί^τ
Εγένεται τύλος ηγαδέη, μήτρα τε τετάρτους ηγαδέη.

Et autem triginta annorum est. Itaque illi Homerius versus ostendunt tantum, Nestorem, cum illa loqueretur, sexagenario maiorem fuisse: quamuis illic quoque Υπερά pro centum annis accepisse etiam veteres Latini poëtæ videntur.

Illustratus locus ex Oratione pro Flacco.

CAP. IX.

MIRIFICE abiicit, & extenuat Cicero in oratione pro Flacco vim, & auctoritatem plebiscitorum sine psephismatum, quæ siebant in Gracia, quod in eis neque per capita, neque per tribus, neque per centurias exquirebantur sententia; sed per præconem edicebatur, ut qui ita sentirent, manus tollerent: atque ita clamore multitudinis, & sublatione manuum, de rebus grauissimis, temere, & inconsultè decernebatur. Sic sunt, ait sumimus orator, expressa illa præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententias, neque auctoritatibus declarata, non iure inmando constricta; sed porrigenda manu, profundendo que clamore multitudinis concitatæ. Et paulo post: Protrixerunt manus: psephisma natum est. Atque eos resipientes apud Aristophanem *αἱ συκλοπαὶ στοιχεῖ*, aiunt, videndum sibi esse quomodo manus tollere debant,

R 5

beant,

t. Muretti
Lectiones
LIB
25

beant, ad confirmandum videlicet id quod Prima
proposuerit:

Εκεῖνο δὲ πεφροντίσμενος, ὅτῳ τελέτῃ
Τὸς χεῖρος αἴρειν μημανδόσομεν πάτε,
Εἰδιούμεναι γάρ ἐσμεν αἴρειν τὰ σκέλη.

Etsi Victorius libro duodecimo Variarum lectione
aliò id referendum putauit. Huius autem confes-
dinis & apud Æschylum in Supplicibus mentio

Πανδυμίᾳ γάρ χεροὶ διέξιενύμεσι
Ἐφείξεν αὐθίς τένε κεραυνόντων λόγου. & paulo post
Τοιοῦτ' ἀνάστα, χεροῖς ἀργεῖσθαι λεῶς
Ἐκρεγαναν.

Vbi etiam Scholiastes formulam verborum ponit
quæ in eiusmodi rebus præconi vñtrata erat, ἀργεῖ
χεῖρος ὅτῳ ταῦτα δοκεῖ. Meminit & alicubi Scholiastis
Nicandri.

Emendatus Plauti locus in Epidico.

CAPUT X.

STYLTA quædam consuetudo est ignorantium, de
nullius pretij hominum, ut cum quid ignauè, in
decoreque fecerunt, si ostendere possint magno ab
cui, ac præclaro viro idem quoquo modo contiguit,
satis id sibi esse aut ad defensionem, atque excusationem,
aut etiam ad gloriam, & commendationem sub-
bitrentur. Sic iocans alicubi Martialis, quendam
qui malos versus faciebat, etiam laudandum esse doc-
it, quod ea in re Ciceronis similis sit. Sic inepii olim
quidam cum illud impedimentum lingua quo Demosthenem laborasse legerant, imitarentur, germani
sibi Demosthenes videbantur. Sic Platonis paulo ele-
tiores humeros, Aristotelis vnam τρωλόντη, qui stu-
diosè effingerent, multi erant. Et apud Terentium

Thrafo